

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-297464-p0001-3

In diesem Bande fehlen die Schriften Nr 39-41.

21. Sep. 1955 Suchier.

Nf. 60.2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-297464-p0002-9

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE

PRORECTOR

ET

SENATVS

AD

SACRA PASCHALIA

PIE CELEBRANDA

CIVES ACADEMICOS EXHORTANTVR



Insunt Observationes criticae in Versiones graecas Oraculorum Jesaiae.

GOTTINGAE
EX OFFICINA JOANN. CHRIST. DIETERICH
MDCCLXXXVIII

Non sine leui quodam pudore, animique indignatione haud iniqua cognouisse iam vsu suo opinamur peritissimos litterarum hebraicarum iudices, frustraneam fere, certe non adeo grauem fuisse operam, quam viri doctissimi hucusque (quorum aetas nostra inprimis ferax fuit) diligenti codicum omnis generis et aetatis collatione textui hebraico pristino suo splendori restituendo non sine quadam apparatus ostentatione impenderunt, nec adeo sperandum esse ab aliorum, si quos aetas postera ferat viros improbi ac molesti laboris haud impatientes, conatibus feliciorem euentum. Nec haec a nobis inuidiose prolata aut temerarie dicta esse iudicabunt vt opinor omnes, quotquot vel apparatum variarum ad libros V. T. hebraicos collectarum lectionum, *Kennicoti* et *de Rossi* liberali diligentia tam benigne instructum, diligenti versauerint manu et veri sensu praediti considerauerint, in quorum libris vel inter centum notatas lectiones vix vna reperietur

memoratu haud indigna, vel quid praesidii ad rem criticam V. T. a codicibus qui iam extant tam corruptis, mutilatis et vix saeculum duodecimum excedentibus, interdum etiam leuiter collatis, iure sit expectandum, diiudicare valeant. Eo magis iam speramus fore vt plures in posterum vestigiis horum virorum (quibus gratam nihilominus spondemus memoriam) territi, missis codices hebraicos conferendi conatibus, ipsas versiones veteres, aetate sua pariter ac indole maxime commendabiles, feliciori adeant successu, et quid ad integritatem et veritatem textus hebraei facere possint videant et cogitent. Hac enim vnica ratione, inprimis si veri quidam sensus et ingenium multo vsu subactum accesserit, multam in rem criticam V. T. redundaturam esse vtilitatem, vsus quem habemus non suspicari sed sperare nos iubet. Quod vt eo certius fieri possit et expeditius, optabile est et necessarium, vt plures criticam his versionibus admoueant manum, et quae sint in iis mutilata et corrupta, librariorum errore aut omissa aut inserta, nexa et seiuncta, spuria et suspecta notent, emendent, restituant, aut reiiciant. Largissimam hic sibi messem paratam habent, amplissimumque campum ingenii vires haud infeliciter exercendi quotquot vel aliorum scripta compilare, vel inanibus promissis alios fallere erubescunt, et ad verae eruditionis adspirant laudem. Quae cum ita sint eo minus nos quidem dubitauimus semper aliquam temporis ab aliis negotiis liberi partem huic negotio pro virili nostra impendere, et quum iam indicenda a nobis sunt sacra paschalia religiose ex more veterum celebranda, argumentum programmatis ex hoc ipso litterarum genere eligere. Quas enim symbolas nostras ad emendandas et restituendas versiones V. T. graecas olim datas non

sine

sine plausu viros doctos excepisse grati recordabamur, has iam nouis obseruationibus auctas non male esse interpretaturos sperabamus. Elegimus autem hoc consilio *Jesaiae* oracula, quorum versiones graecas plurimis adhuc vitiis et corruptionibus scatere diligenti vsu nostro cognouimus, ad quas quae schedulae nostrae obseruata habent haec fere sunt.

Cap. I. v. 6. Ad verba hebraica אין בו --- בשמו Montfaucon e *Theodoreto* et *Procopio*, *Symmacho* hanc tribuit versionem: ουκ εστιν εν αυτῳ υγιες αλλα τραυμα και μωλωψ και πληγη κρυσματος ουτε σφιγγομενη ουτε απαλυνομενη ελαιῳ: et in notis subiectis obseruat *Procopium* τραυματος habere loco κρυσματος. Quam male Procopium inspexerit apparebit ex ipsis eius verbis quae pag. 14. Commentarii in Jesaiam reperiuntur: vbi versionem Symmachi hanc affert: ουκ εστιν εν αυτῳ υγιες αλλα τραυμα και μωλωψ και πληγη τραυματος ου σφιγγομενου ουδε επιδεννομενου (in margine επιδεσμουμενου legitur quo vocabulo *Theodotion* vtitur Cap. III, 6. loco hebr. חבש, cui ideo etiam tribuenda erat haec lectio) ουδε απαλυνομενου ελαιῳ. Quae lectionis varietas a Montfauconio omissa et neglecta incuriae ipsius nota videtur. Et quanquam vix definiri poterit an sit σφιγγομενου et απαλυνομενου aut σφιγγομενη et απαλυνομενη legendum, nam ex vtraque lectione sensus idem manet, tamen hoc sumere possumus verba ουδε επιδεννομενου a Montfaucon omissa (quae tamen necessario sunt in ουδε επιδεομενου mutanda, quia επιδεννομενου est vocabulum nihili) Symmacho reddenda esse, partim vt verba hebraica ולא חבשו habeant quae iis in graeco respondeant, partim quia Symmachus fere semper חבש per επιδεω vertere solet v. c. Job. V, 18. XXXIV, 16. Hos. VI, 1.

Ib. v. 25. ואצרף בבר סגיר A. και πυρωτω εις εκλεκτον σεμφυλα σε. Quae Montfaucon in notis subiectis ad h. l. obseruauit augeri possunt hac obseruatione: *Procopium* cum *Eusebio* facere et Aquilae Theodotionis tribuere versionem. Haec enim sunt eius verba: ο Συμμαχος μεν ειπεν εις καθαρον την σκωριαν σε οδε Ακυλας το γιγαρτωδες σε.

Cap. II. v. 6. Verba Alexandrinorum η χωρα αυτων textus hebraicus exulare iubet, quae, si coniecturae locus est, e commate sequenti huc translata videntur, vt oculus librarii verbo ενεπλησθη quod in vtroque commate reperitur deceptus videatur.

Ib. v. 9. Loco αυτες quod est in Aquilae versione Procopius αυτοις habet, et ante Symmachi verba μη αφης αυτοις ex eodem Procopio infere και secundum hebraicam lectionem.

Ib. v. 17. Loco υβρις in versione Alex. sine omni dubio υψος reponendum erit ob hebr. רהם. Vulgatus: humilabitur altitudo virorum.

Ib. Commatis 22 versio Aquilae tantum extat in Hexaplis et in versione Alexandrina ne vllum quidem vestigium reperitur. Causam huius omissionis maxime probabilem *Procopius* tradere videtur p. 53. το δε μη κειμενον παρα τοις εβδομηκοντα: παυσασθε υμιν απο τε ανθρωπε, ω αναπνοη εν μυκτηρι αυτε, οτι εν τινι ελογισθη αυτος δοκει μεν ανακολεθως τοις προσθεν επαγεσθαι.

Cap. III, 8. Procopius p. 68. aperte falso tradit αντι δε τε αι γλωσσαι αυτων Ακυλας φησιν τα επιτηδευματα.

Ib. v. 20. הצערות Θ. τα βραχιαλια τα εγκομβωματα. Ita in Hexaplis ex Curterio. Sed si recte meminimus iam iudicarunt

runt viri docti τα βραχιαλια sine dubio ab *Aquila* profectum esse qui 2 Samuel. I, 10. אצערה vertit βραχιάριον. (quod et βραχιαλιον et βραχιολιον scribitur. Vid. Suidas et Cangius Gloss. h. v.). Τὰ ἐγκομβωματα referenda ad hebraicum הקשרים videntur, et eidem Aquilae vindicanda.

Cap. VII, 11. *Symmacho* in Hexaplis tribuuntur verba και εις υψος ανω ad hebraica או הגבה למעלה. Haec verba vitiosa esse videbit quisque peritus, sive hebraica verba sive antecedentia verba in Symmacho βαθυνον εις αδην considerauerit. Ergo nulli dubitamus ex Procopio rescribere και υψωσον ανω.

Cap. VIII, 12. Post ο λαος in fragmentis Symmachi inserendum est κτος ex Procopio quod etiam hebraicum הוה postulare videtur. Eiusdem auctoritate ducti etiam commate 18 illud μκ post τα παιδια in versione των λοιπων delendum iudicamus quod neque in hebraico extat nec ab Alex. expressum est. Vtramque emendationem quanquam per se leuem ideo proposuimus, ne quis temere ex talibus locis varias lectiones codici hebraico affingat.

Cap. IX. v. 1. In versione Symmachi post κατα θαλασσαν ex Procopio ad h. l. p. 154. περαν τϛ ιορδανϛ adde. Et post verba περαν τϛ ιορδανϛ ex eodem οριον των εθνων nam haec sunt eius verba οριον των εθνων ἐξεδωκεν συμμαχος αντι τϛ γαλλιλαια παρα τϛς εβδομηκοντα.

Ibid. v. 3. In Hexaplis legitur לא הגדלת Σ. ο ϗκ εμεγαλυνας. Eodem modo et reliquos interpretes transtulisse testis est *Procopius* p. 146. αντι δε τϛ κατηγαγες scribit εμεγαλυνας ερμηνευσαν οι λοιποι.

Ibid.

Ibid. v. 6. Verba פלא יועץ secundum Hexapla Montfauconii Theodotion reddidit θαυμαστως βελευων sed magis ad verum accedere videtur Procopius qui eum scripsisse testatur θαυμαστος, συμβελευων. — Ad idem comma notabilis maxime erat locus *Eusebii* in commentariis ad Psalmos p. 492. ed. Paris. quem quia neglectum esse videmus a Montfauconio integrum adscribamus: Εν δε τω ησαια λελεκται scribit, οτι παιδιον εγενηθη ημιν, ω η αρχη επι τω ωμω αυτου, και καλειται το ονομα αυτου μεγαλης βουλης αγγελος, η κατα δε τους λοιπους ερμηνευτας: θεος δυνατος, εξουσιαστης, αρχων ειρηνης, πατηρ αιωνιος. Idem Euseb. Lib. VII. Demonstr. Evangel. pag. 336. verba Alexandrinorum και καλειται το ονομα αυτου μεγαλης βουλης αγγελος. αξω γαρ ειρηνην επι τους αρχοντας και υγειαν αυτω confirmata auctoritate cod. Rom. Procopii, Cyrilli, Hieronymi, Versionis Arabicae et Syriacae, ita affert: και καλειται το ονομα αυτου μεγαλης βουλης αγγελος, θαυμαστος, συμβουλος, θεος ισχυρος, εξουσιαστης, αρχων ειρηνης, πατηρ του μελλοντος αιωνος, αξω γαρ ειρηνην κ. τ. λ. Iam si Hexapla consulimus sponte apparet verba θαυμαστος---αιωνος esse e fragmentis versionum Aquilae Symmachi et Theodotionis huc translata et exhibere versionem verborum hebraicorum: פלא יועץ אל גבור אבי עד שר שלום quae verba ab Alexandrinis non tam omissa quam aliter lecta sunt. Sed iam addit Eusebius: τουτο γαν ονομα ειναι λεγεται κατα μεν τους εβδομηκοντα μεγαλης βουλης αγγελος, και ως τινα των αντιγραφων εχει θαυμαστος συμβουλος θεος ισχυρος εξουσιαστης αρχων ειρηνης πατηρ του μελλοντος αιωνος. Κατα δε το εβραικον ως ο μεν ακυλας φησιν κ. τ. λ. Iam ex his disputatis quis non videt τα αντιγραφα non esse versionis Alexandrinae exemplaria h. l. sed reliquorum interpretum versiones e quibus etiam in codd. Alex.

Ald.

Ald. C. Clement. Alex. venerunt. Simili ratione *Origines* Homil. XVIII. in Numer. adducit locum Numer. XXIV, 17. ita: *oſtendam ei et non modo* (lib. I. contra Celſum p. 46. δειξω αυτω και ουχι νυν) paullo poſt vero addit: in aliis quidem *exemplaribus* legimus: Videbo eum ſed non modo; cum tamen hoc in nullo codice Verſ. Alex. reperiatur, ſed in *Aquila* οψομαι αυτον και ου νυν, et in Symmacho ορω αυτον. Cf. Euſeb. lib. IX. Demonſtrat. Evang. p. 421. — Sic idem *Origenes* Homil. XXVIII. ad Num. in fin. adducit locum Deuter. XXXII, 8. ita: *Cum Deus diſpergeret filios Adam ſtatuit fines gentium ſecundum numerum angelorum Dei vel vt* in aliis exemplaribus *legitur ſecundum numerum filiorum Iſrael.* Hic iterum *aliorum exemplarium* nomine veniunt verſiones Aquilae et Symmachi κατα αριθμον υιων ισραηλ. Nam ita diſerte tradit Scholion in edit. Rom. ουτω οι λοιποι εκδεδωκασιν ερμηνευται: κατα αριθμον υιων ισραηλ. Priorem vero verſionem fere eſſe Alexandrinorum docet *Juſtinus* M. in Dial. c. Tryph. Jud. p. 223.

Ibid. v. 7. ולשלום אין קצ A. και της ειρηνης αυτου ουκ εστι περας. Hanc Aquilae verſionem Theodotioni tribuit *Euſebius* in Commentario ad h. l. neſcio quo iure.

Cap. XI. v. 10. אשר עמד לנס עמים Σ. ος ανισταται εις συσσημον των εθνων. Verſio haec aliena eſt a Symmachi ingenio et elegantia, qui verba non annumerare ſolet lectoribus. Deleatur itaque illud εις, quod ſine dubio ex Aquilae verſione venit, *Procopii* auctoritate.

Ib. v. 11. לקנות *Aquila* του κτησασθαι: aliene. Repone του ζηλωσαι quod *Euſebius* in Commentario a h. l. habet. Illud κτησασθαι e reliquorum verſionibus huc irrepſit.

Cap. XIII, 20. ולא יהל שם ערבי Σ. ωδε σκηνοποιησει Αραψ. Ante αραψ inſerenda eſt particula εκει, (שם) quam emendationem Procopii auctoritas tuetur.

Cap. XIV, 8. Ex Euſebii Commentario ad h. l. opus Hexaplare Montfauconii hac nota augendum erit:
ארזי לבנון Σ. κεδροι. Θ. τα ξυλα τυ Λιβανυ.

Cap. XVII. v. 1. מוסר מעיר Θ. μεταςησεται εκ πολεως Loco πολεως ſine dubio ex Euſebio ad h. l. reſcribendum erit πολεων vti etiam Alexandrini verterunt.

Cap. XIX. v. 2. וסכסכתי A. και ςασιασω. Ita Euſebius et recte vt opinamur. In textu Procopii quidem eſt ηττησω, ſed in margine legitur ςασιασω.

Ibid. v. 4. וימשל־בם A. βασιλευσει εν αυτοις. Hanc veram eſſe Aquilae verſionem coniicimus. Nam quam Euſebius ad h. l. profert verſionem βασιλευσει αυτων alienam ab Aquilae ingenio quilibet peritus ſentiet. Sed notanda tamen erat haec varia lectio.

Cap. XXI, 2. מרי Σ. Μηδοι. in quo conſentit cum reliquis interpretibus teſte Procopio ad h. l. p. 277. και οι λοιποι δε και το εβραικον μηδοι φασιν.

Cap. XXII. v. 9. וראת בקיעי---כי רבו. Αλλος: και τα ρηγματα οικυ Δαυιδ οψεσθε οτι επληθυνθη. Hanc verſionem Procopius p. 290. Symmacho tribuit ſiue vlla lectionis varietate. Nam quod in textu Procopii loco τα ρηγματα legitur τα ρηματα non tam inter varias lectiones quam inter vitia typographica quibus ſcatet noſtra editio referremus.

Cap.

Cap. XXIII, 18. Symmachi versionem εμποριον ad hebr. סחרה ex Procopio dedit Montfaucon. Sed Procopius habet η εμπορια. Ergo hoc reponendum videtur.

Cap. XXIV, 1. Ad verba וסגיו ישביה a Montfauconio in Hexaplis e codd. graecis haec fragmenta Verss. GG. apposita sunt: A. Θ. διασκορπισει (τους ενοικουντας ἐν αυτῃ) O. διαπερει τους ενοικουντας εν αυτη. Ab his multum differunt quae Eusebius in Commentario ad h. l. p. 449 tradit και διαπερει τους ενοικουντας εν αυτη η κατα τον Ακυλαν και Θεοδοτιωνα και διασκορπιζει αλλως αλλαχυ: sed tamen arbitramur Montfauconium veram Aquilae et Theodotionis versionem protulisse, et verba αλλως αλλαχυ esse ab Eusebio addita. Nam qua ratione cum ישביה conciliari queant non videmus.

Ib. v. 16. ארי לי בגדים בגדו A. ω οιμοι αθετουντες ηθετησαν Loco ηθετησαν Eusebius in Commentario ad h. l. falso ηθετησω ponit. Receptam lectionem Procopius tuetur p. 313. In eodem commate pro ηθετησαν Symmachi Procopius ηθετηνται habet.

Cap. XXV, 2. In versione Alexandrina μη ante πεσειν eiiciendum iudicamus, partim ob verba hebraica partim ob omnem orationis seriem. Omissum etiam inuenimus in *Athanasii* Comment. in Psalmos p. 78. Tom. II. Collectionis nouae Montfaucon PP. GG.

Cap. XXVII, 5. Si recte capimus locum *Procopii* p. 341. scribentis αντι δε του ειρηνην ποιησωμεν αυτω οι ερχομενοι παρεθεντο τινες κατα τους αλλους ερμηνευτας ειρηνοποιησει μοι τους ερχομενους κ. τ. λ. Hexapla Origenis hac nota augeri possent:

שלום יעשה לי הבאים ς. 6. Οι λοιποι ειρηνοποιησει μοι. Τους ερχομενους. Ο. ειρηνην ποιησωμεν αυτω. Οι ερχομενοι. Sed patitur locus Procopii adhuc aliam explicationem.

Cap. XXVII. v. 11. Verbum φωτισθσι quod *Aquila* loco hebr. מאורות habet in φωτιζθσι mutandum videtur ex auctoritate Euſebii ad h. l. et Procopii p. 345. Similis lectionis varietas infra reperitur cap. 29. v. 23. vbi pro αγιασονται Symmachi Procopius pag. 361. αγιαζονται habet.

Ibid. v. 12. יחבט A. Σ. Θ. ραβδισει O. συμφραξει. Contrarium tradit Procopius p. 346. qui A. S. Th. πατάξει ſcripſiſſe teſtatur his verbis: εν δε τω καιρω λεγει τω δηλωμενω συμφραξει --- ποταμω, οπερ παταξει ερμηνευσαν οι λοιποι, δηλωντες παταξειν τον κυριον τας απιστους εκεινους.

Cap. XXX. v. 19. Loco κλαυθμω (בכי) quod Symmacho Theodotioni et Alex. in Hexaplis tribuitur Euſebius in Comment. ad h. l. κλαυθμον poſuit magis ad hebraicum. — Ibidem in Symmachi verſione προς quod eſt ante την φωνην et quod etiam Procopius tuetur male omiſit Euſebius.

Ibid. v. 26. *Procopius* p. 374. Aquilae verſionem οταν ιασηται κυριος --- τω λαω αυτου ita adducit vt in Hexaplis reperitur, modo ante οταν addit και. Quae in Procopii Commentario poſt τω λαω αυτου ſequuntur verba και εκ ερμηθη τω ισραηλ ωδε ιακωβ litteris maiuſculis impreſſa, non ſunt Aquilae ſed Procopii commentantis verba.

Cap. XXXI, 7. In Symmacho loco αποκαλυνται (ימאסו) legendum απεβαλωνται, et in Theodotione loco απωσο νυν reponendum eſt απωσοντο. Verbum αποβαλωνται Symmachi ſine dubio iam Hieronymi tempore irrepſit in codd. verſ. Alex. Nam Hieronymus verbum graecum quo Judaeos Alexandrinos vſus eſſe oſten-

ostendit reddidit verbo latino *abiicient* quod nunc est in exemplaribus vers. Vulgatae.

Cap. XXXIII, 1. Verba Symmachi αυτος και μη ταλαπωρηθης quae in Hexaplis Montfauconii leguntur Procopius p. 391. ita affert αυτος και μη ταλαιπωρηθεις. Sed contrarium suadet verbum αθετηθης quod paullo post sequitur.

Ibid. v. 7. Montfaucon ex Procopio ad hebraica הן אראלם צעקו חצה protulit A. ιδε οραθησομαι αυτοις βοησω εκτενως Σ. ιδε οφθησομαι αυτοις . . . Θ ιδε οφθησομαι αυτοις βοησω εκτενως, male, nec satis diligenter inspecto Procopii loco qui p. 395 reperitur. Nos reponimus ex eodem: A. ιδε οραθησομαι αυτοις βοησω (sine dubio εβοησαν legendum) εκτενως Σ. ιδε οφθησομαι αυτοις εκραξαν εκτενως Θ. ιδε οφθησομαι αυτοις εβοησαν εκτενως.

Cap. XXXIV, 6. מרם כרים ועתודים Σ. απο αιματος αρνων και τραγων Ο. απο τε αιματος τραγων και αμνων. Ita Montfaucon in Hexaplis ex Curterio ex MS. Jes. Sed teste Eusebio ad h. l. debet ita reponi A. Σ. Θ. απο αιματος τραγων και αρνων. Nam haec sunt eius verba: των μεν αμνων η κατα τας λοιπας ερμηνευτας αρνων. Ergo αρνων et αμνων sibi inuicem respondent.

Cap. XXXIX, 6. 7. Hic locus vt iam in versione Alexandr. reperitur a *Cosma Indicopleusta* in Topographia Christiana Tom. II. Collect. Nov. PP. GG. Montfaucon T. II. p. 307 affertur cum multa lectionis varietate. Versu 6. loco λημψονται habet ληφθησεται ad hebr. ונשא. Verbum συνηγαγον ibidem cum verbo εθησαυρισαν permutat quod verbo אצר magis conuenire videtur. Denique verbis και ιδεν ε μη καταλειπωσιν κ. τ. λ. substituit haec:

και ουχ' υπολειφθησεται ρημα ο ειπε κυριος presse verba hebraica sequens quae ita vertenda sunt: omnia quae minatus est Joua rata erunt et euentu comprobata. Ad comma 7 ex eodem variae lectiones notari poterunt haud exigui momenti, quod ita adducit: και οι υιοι σε οι εξελευσονται εκ σε, ους γεννησεις λημψεται και εσονται ευνουχοι εν τω οικω τε βασιλεως των βαβυλωνιων.

Cap. XL, 2. דברו על־לב ירושלם Σ. παραμυθησασθε την καρδιαν ιερυσαλημ. Ita etiam reliquos interpretes nempe Theodotionem et Alexandrinos transtulisse Procopius pag. 436. auctor est qui Symmachi versioni addit: ω και συνεφωνησαν οι λοιποι. Verba autem Alexandrinorum λαλησατε εις την καρδιαν ιερυσαλημ Aquilae tribuenda videntur. Eodem modo infra v. 27 verba δια τι λεγεις ιακωβ και λαλεις ισραηλ quae Montfaucon Symmacho tribuit etiam sunt reliquis interpretibus reddenda secundum Procop. p. 448.

Ibid. c. 26. Loco αναβλεψατε εις υψος τας οφθαλμας υμων in versione Alexandrina ex Eusebio Comment. in Psalmos p. 200. επαρατε εις υψος κ. τ. λ. reponimus. Certe si locum haberet ob codd. auctoritatem lectio αναβλεψατε, loco τας οφθαλμας scribendum esset τοις οφθαλμοις coll. Genes. XIII, 14. et XVIII, 2.

Cap. XLI, 1. Verbis תחרישו אלי איים ex Procopio et Eusebio in Hexaplis Montfauconii additur versio Aquilae κωφευσατε προς με νησοι, et Theodotionis σιγησατε προς με νησοι. Sed euoluentibus nobis ipsum Procopii locum qui p. 449 reperitur, versionem quae est Aquilae et Theodotioni tribui ab eo intelleximus. Ita enim scripsit: Εγκαινιζεσθε προς με νησοι ανθ' ων Συμμαχος μεν δουλευ-

δελευσατε φησιν επ' εμε νησοι, Ακυλας δε και Θεοδοτιων κωφευσατε προς με νησοι.

Ib. v. 17. Verſio Theodotionis hebraicorum verborum מים ואין --- העניים οι πτωχοι και οι ενδεεις ζητησουσιν υδωρ και ουκ εσται etiam reliquis interpretibus tribuitur a Procopio p. 459 ſilente plane de hac re Montfauconio.

Ib. v. 21. הגישו עצמותיכם A. εγγισατε τας ςερεωσεις υμων. Ita ſcripſit Montfaucon ex Theodoreto Procopio et MSS. Sed in ipſo Procopii textu p. 462. loco τας ςερεωσεις reperitur τας οςεωσεις et lectio ςερεωσεις in margine tantum eſt notata a *Curterio*. Hic temperare nobis non poſſumus quin fateamur, nobis lectionem οςεωσεις vere Aquilae verſionem videri, quod vt credamus duabus maxime rationibus adducimur. Partim enim Aquila ſolet fere ſemper עצם et vocabula inde deriuata vertere vocabulis ab οςεον deriuatis. Sic adiectiuis οςεινος et οςοινος vtitur pro hebr. עצום Geneſ. XVIII, 18. Pſalm. XXXIV, 18. Exod. I, 9. Deut. VII, 1. et ſubſtantiuum עצם per οςεον transtulit Job. XIX, 20. Pſalm. XXX, 10. Partim ſcimus hoc ſaepe factum eſſe ab Aquila vt vbi in graeca lingua non erant vocabula, quae primis et propriis verborum hebraicorum notionibus reſponderent, a nominibus graecis noua verba ad ſimilitudinem hebraeorum, ſeruata tamen analogia, deduceret v. c. επιςημαινομαι Pſalm. II, 10. ορθριζομαι Pſalm. XI, 4. de qua re diligenter expoſuit *Fiſcherus* Cel. in claui Verſſ. GG. p. 39. Confer etiam *Spicilegium* noſtrum *lexici in interpretes GG. V. T. poſt Bielium* Spec. II. p. 135.

Cap. XLII, 1. Verſio Alexandrina ex Euſebii Comment. in Pſalmos p. 41. ita erit emendanda: ιδου ο παις μου ον ηρετισα, ο

εκλε-

εκλεκτος μϖ εις ον ευδοκησεν η ψυχη μϖ postulante ita textu hebraico et consentientibus Verss. omnibus excepta arabica. Verba ιακωβ et ισραηλ vel e glossemate vel ex aliis locis inserta suspicamur.

Ib. v. 17. Reliquiae versionum graecarum huius commatis ex Procopio hoc modo augeri et emendari possunt.

יבשו בשת הבטחים הפסל A. αισχυνθητωσαν αισχυνην οι πεποιθοτες γλυπτοις Σ. αισχυνθησονται αισχυνην οι πεποιθοτες τοις γλυπτοις Θ. καταισχυνθητωσαν αισχυνην οι πεποιθοτες τοις γλυπτοις O. αισχυνθητε αισχυνην οι πεποιθοτες επι τοις γλυπτοις

nam pag. 476. adducta vers. Alex. αισχυνθητε αισχυνην και τα εξης addit: οπερ ακριβως ερμηνευσε Συμμαχος ειπων αισχυνθησονται αισχυνην οι πεποιθοτες τοις γλυπτοις; ο δε Ακυλας αισχυνθητωσαν ο δε Θεοδοτιων καταισχυνθητωσαν. Hic pro more suo initium tantum verss. Aquilae et Theodotionis laudauit, quia in reliquis cum Symmacho consentire videbat.

Cap. XLIV, 23. In Hexaplis Montfauconii reperitur haec nota e Procopio:

רנו Οι λοιποι αλαλαξατε O. ευφρανθητε.

quae iterum satis superque euincit: quam negligenter verss. GG. ex PP. collectae sint a Montfauconio. Verba enim Procopii p. 504. haec sunt: σαλπιζειν δε βελεται και ει τινες εισιν και την γην αυτην υποχηριζεσθαι θειαι δυναμεις, ηγεν αλαλαξαι κατα τους λοιπους, υμνον αναπεμπουσας τω θεω. Quis hic non sponte sua videt Montfauconium deleta priori nota ita scribere debuisse

הרועו 23. Οι λοιποι αλαλαξατε O. σαλπισατε.

Eodem iure

Cap.

Cap. XLVIII, 14. Ad versionem Symmachi τις αυτω απηγγειλε ταυτα ον ο κυριος ηγαπησε ποιησει το θελημα αυτε notandum fuisset a Montfauconio Procopium loco αυτω scripsisse αυτοις, et pro ηγαπησε habere αγαπησει; eundemque

Ibid. v. 19. loco versionis των Γ. ως οι κεγχροι αυτης aliam non omnino spernendam posuisse, ως οι κεγχροι γης, plane vti Alex. ως ο χους της γης.

Cap. L, 4. In huius commatis versionibus hexaplaribus summa reperitur confusio, quae merae Montfauconii negligentiae tribuenda est. Ad verba hebraica כתז לשוז notauit e Procopio hanc Symmachi versionem εθηκε μοι γνωσιν. Quam quia ipse videbat nullo modo cum textu hebraico conciliari posse, in notis monet loco γνωσιν sine dubio legendum esse γλωσσαν. Sed inspicientibus nobis ipsum Procopii locum et legentibus pag. 573 verba: ο δε Συμμαχος εθηκε μοι πρωι γνωσιν (ita enim e marginali lectione loco impressi ΓΥΡΩ scribendum esse nulli dubitamus) φησιν, ο δε Ακυλας εν πρωι εξεγειρει μοι ωτιον τε ακουειν, Montfauconium coniunxisse versiones quae seiungendae erant, videbamus, et verba Symmachi non ad hebraica כתז לי לשוז sed ad verba בבקר יעיר לי אזן לשמע pertinere, quorum sensum exprimere voluit Symmachus pro more suo. Quae itaque sunt in Hexaplis verba inde a כתז לי לשוז vsque ad διδωσι μοι γλωσσαν plane delenda erunt.

Cap. LI, 23. Ex Procopio p. 585. augendum h. l. esse opus Hexaplare hac nota:

ושמתיה ביד מוגין Σ. και θησω αυτο εις χειρας των αποικισαντων σε Ο. και δωσω αυτο εις χειρας των αδικησαντων σε

iam monuimus in Spicilegii Lexici in Interpr. GG. poſt Bielium Spec. I. p. 121. Sed eſt haec Symmachi verſio iam in edit. Boſiana Verſ. Alex. notata, in qua, vt obiter moneamus, plura ſunt, quibus Hexapla Origenis augeri poſſent.

Cap. LII, 5. Ad Hexapla e Procopii Comment. ad h. l. notauimus haec fragmenta

ותמיד כל־היום שמי מנואץ Σ. δια παντος ολην την ημεραν το ονομα μȣ βλασφημειται Ο. δια παντος το ονομα μȣ βλασφημειται εν τοις εθνεσι. (hoc deeſt εν τοις λοιποις.)

Verba Procopii pag. 589 ſunt haec: διο κατα τȣς λοιπȣς ȣ προςκειται τῳ: το ονομα μȣ βλασφημειται, το εν εθνεσιν. Τοιγαρȣν ο Συμμαχος φησιν: δια παντος ολην την ημεραν το ονομα μȣ βλασφημειται.

Cap. LIII, 2. In verſione Symmachi ad hebr. ונראהו ινα ειδωμεν αυτον, loco impreſſi in Hexaplis αυτον *Procopius* αυτο habet, vt ad ειδος aut αξιωμα referatur: quod rectius videtur.

Ibid. v. 3. *Procopius* p. 600. verſionem Symmachi huius et antecedentis commatis hanc affert. Διο ſcribit Συμμαχος φησιν. ȣκ ειδος αυτω ȣδε αξιωμα ινα ειδωμεν αυτο, ȣδε θεωρια ινα επιθυμησωμεν αυτον, εξȣδενωμενος και ελαχιςος ανδρων, ανηρ επιπονος και γνωςος νοσω και ειδως φερειν μαλακιαν, ȣ μην μεμαλακισμενος. Hic in textu Procopii verba και ειδως vsque ad μεμαλακισμενος male ſine vlla diſtinctionis nota iuncta ſunt cum Symmachi verbis. Nam prima και ειδως φερειν την μαλακιαν ſunt ex Alexandrinorum verſione a Procopio verbis και γνωςος νοσω explica-

plicationis causa addita. Posteriora autem sunt merum additamentum commentatoris, nam in hebraicis nihil tale reperitur.

Cap LIV, 1. Suspicamur permutatas inuicem esse in Hexaplis Origenis versiones Symmachi et Aquilae a Montfauconio, qui oculis nimis fugientibus aut nullis inspexit verba Procopii, quae pag. 610. leguntur. αντι δε τε ρηξον και βοησον Συμμαχος μεν κελαδει αινεσιν ειρηκεν ο δε Ακυλας ιλαρυνον εν αγαλλιασει και χρεμετισον ο δε Θεοδοτιων ρηξον ευφροσυνην και τερπε. Itaque notam Hexaplarem ita refingendam arbitramur:

פצחי רנה וצהלי A. ιλαρυνον εν αγαλλιασει και χρεμετισον Σ. κελαδει αινεσιν και χρεμετισον O. ρηξον και βοησον Θ. ρηξον ευφροσυνην και τερπε.

Ibid. v. 9. In vers. Symmachi ante επι την γην ex Procopio p. 614. particula ετι inserenda erit, quam etiam hebr. עוד suadet.

Ibid. v. 12. Iterum humani aliquid passus est Montfaucon dum in notis ad hoc comma monet, se versionem Symmachi τας πυλας σε λιθες γλυφας ad hebr. ושעריך לאבני אקדח ex Procopio hausisse, qui tamen p. 617. disertis verbis tradit Symmachum potius τας πυλας σε λιθες γλυφης scripsisse: quam lectionem veram esse ex Hieronymi testimonio colligimus, quod paulo ante Montfaucon attulerat.

Cap LVI, 1. Spuria est nota hexaplaris quae in Montfauconio ad וצדקתי legitur: οι λοιποι την δικαιοσυνην μου O. την δικαιοσυνην. Versio enim haec reliquorum interpretum non ad την δικαιοσυνην sed ad και ελεος Alexandrinorum pertinet teste Procopio pag. 637. ita commentante: διο φησι και ποιειτε δικαιοσυ-

την, μεσθον επαγγειλαμενος το σωτηριον και το ελεος. η κατα τους λοιπους την δικαιοσυνην. Itaque priori nota Hexaplari deleta ita reſcribendum putamus:

וצדקתי I. οι λοιποι και την δικαιοσυνην μου O. και το ελεος μου.

collato loco Ezechiel. XVIII, 19. vbi etiam צדקה ab Alexandrinis per το ελεος vertitur. Ex eodem Procopio

Ibid. v. 10. loco impreſſi in Hexaplis אלמים Σ. αλαλοι O. ενεοι reponimus אלמים A. μογιλαλοι Σ. αλαλοι O. ενεοι. Nam Procopius p. 641. αντι δε τυ ενεοι Συμμαχος αλαλοι Ακυλας δε μογιλαλοι.

Cap. LVII. v. 20. loco καταπατημα και πηλος in Aquilae reliquiis legendum eſt ex Procopio p. 651. καταπατημα και πηλον.

Cap. LIX, 11. In Hexaplis Montfauconii delenda plane ſunt verba כרבים Αλλοι ως αρκτος ατεκνωμενη O. ως αρκτος deſumta e male intellecto Euſebii loco. In Commentario ad h. l. nempe ſcripſit και εν αλλοις δε ειρηται ως αρκτος ατεκνωμενη. Quibus verbis cum in hebraico nihil reſpondet, quis non ſponte videt per τους αλλους non reliquos exceptis Alexandrinis interpretes, ſed ἄλλους τοπους alia SS. loca in quibus ſimilis formula loquendi reperiatur intelligenda eſſe v. c. Prov. XVII, 12. Hoſ. XIII, 8.

Ibid. v. 13. פשע וכחש ביהוה Symmachus εγνωμεν αδικον και ψευδεσθαι κατα κυριου. Loco αδικον legimus αδικεῖν quam lectio-

lectionem non solum Procopius p. 672. tuetur, sed etiam sequentia postulare videntur.

Ibid. v. 20. Loco ενεκεν Σιων versionis Alexandrinae *Eusebius* in Commentario in Psalmos p. 49. ἕκ Σιὼν posuit. Hanc lectionem quam et Paulus tuetur Rom. XI, 26. vere habuisse in suis codd. Eusebium ex eo apparere arbitramur, quia adduxit haec verba ad locum Psalm. XIII, 7. τις δωσει εκ σιων το σωτηριον ισραηλ, vt demonstraret οτι τουτο το σωτηριον το κατα σαρκα εκ σπερματος Δαυιδ γεγονος εκ Σιων δεδοται; quam in rem et locum Psalm. XLIX, 2. εκ σιων η εμπρεπεια της ωραιωτητος αυτης attulit.

Cap. LXIII, 8. ארי־עמי המה בנים לא ישקרו Σ. πλην λαος μου εισιν υιοι ασυνθηκητες. Iam Montfaucon in notis subiectis monet fortasse in Symmacho legendum esse ακ ασυνθετητες quia nempe rationem, qua haec versio cum verbis hebraicis conciliari possit, non videbat. Sed quod ad illud ακ attinet coniecturae non locus esse potest, sed potius ex Procopii Commentario p. 727. necessario inferendum erit ante ασυνθηκητες. Altera vero coniecturae e qua ασυνθηκητες vocabulum in nullo scriptore graeco obuium in vsitatius ασυνθετητες mutandum esset, ideo non arridet, quia partim receptam lectionem Procopii auctoritas tuetur, partim in versionibus graecis multa vocabula noua et inusitata reperiri constat.

Ibid. v. 1. Versio Alexandrinorum ωραιος εν χολη βια μετα ισχυος est aperte mendosa. Nam quid sibi vult illud βια tam

nude positum? Tertullianus lib. IV. contra Marcionem c. 40. formosus in stola violenta cum fortitudine, sine vllo sensu. Hieronymus in vers. e LXX formosus in stola sua (legit εν στολη αυτα vt est in Hexaplis) violentia (legit βία) cum fortitudine. Sed e versione Arabica et loco Justini M. in Dial. cum Tryphone Judaeo pag. 243. textus ita constituendus videtur. ωραιος εν στολη, αναβαινων βία μετα ισχυος accommodate notioni verbi צעה coll. Psalm. LXVII, 8.

Cap. LXV, 16. In versione Symmachi corrigendum est illud vitium typographicum in verbo επιλογισθησεται, quod quia hebr. יתברך respondet, et in hac orationis serie, auctoritate adeo *Procopii* p. 745. in ευλογισθησεται mutandum erit.

Haec fere sunt, *Commilitones Doctissimi*, quae vobiscum in versiones graecas Oraculorum Jesaiae hac nobis oblata occasione communicare animus erat, quaeque inprimis eo consilio dedimus, vt, quam multa adhuc in hoc litterarum genere praestanda restent, facilius quam plurimi vestrum edocerentur. Quod si effectum est a nobis, vt speramus, nec leuis haec nostra quam impendimus opera, nec persona nostra indigna et a vestris studiis plane aliena, vlli harum rerum perito iure videri poterit. Vnum restat, cuius causa omnia superiora fuerunt scribenda, vt Vos iam ex animo hortemur, velitis hos a nobis indicendos memoriae reditus Christi in vitam sacros dies religiosa pietate et ita agere et celebrare, vt non solum saluberrimos mortis ac resurrectionis Christi fructus cogitetis et perpendatis, sed etiam vt ad

Vos

Vos in praesenti pariter ac futura vita peruenire possint omnibus modis studeatis. Doctrina enim haec, si quae vlla, vere arx et caput vniuersae disciplinae Christianae dici haberique potest: continet enim incitamenta pietatis et virtutis Christianae haud vulgaria, et inprimis animum nostrum spe felicioris post mortem vitae erigere et confirmare valet. Eo magis confidimus, vt quam praebebunt Vobis sacra nostra Academica hos salutares fructus pie meditandi opportunitatem, ea ita nobiscum vtamini, vt non solum dignos vos praestantissimo Christianorum nomine praestetis, sed etiam summa in omnem vitam Vestram redundet vtilitas. Agite igitur hoc, Ciues Carissimi, et valete. PP. Fer. I. Paschatos a. p. C. n. MDCCLXXXVIII.

Fd 561

ULB Halle
002 715 18X
3

VD17


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-297464-p0030-4

ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE

PRORECTOR

ET

SENATVS

AD

SACRA PASCHALIA

PIE CELEBRANDA

CIVES ACADEMICOS EXHORTANTVR



n.

Insunt Observationes criticae in Versiones graecas Oraculorum Jesaiae.

GOTTINGAE

EX OFFICINA JOANN. CHRIST. DIETERICH

MDCCLXXXVIII